



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.5. Lux dicitur mundi: cum non tantum lucem suam extendat ad Iudæos, sed as omnes mundi nationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

O quanta hęc misericordia ! Ea de causa peccatores illi soluimus gratiarum actiones: *Semper gratias agentes &c. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum.*

§. 5. *Lux dicitur mundi : cum non tantum lucem suam extendat ad Iudeos, sed ad omnes mundi nationes.*

II.
Orat. 2.
contra
Iudeos.
lean. 1.

Lux mundi. In hoc ipso opere, quod diuinus ille sol operatus est considerat D. Chrysof. & aliud quod Dominus fecit dū de seipso dicit: *Ego sum mundi.* Et ipse est quod D. Ioa. in exordio sui Euangelij proposuerat, *illuminat omne hominē ueniēte in hunc mundū.* Lux mundi que omnes mundi mortales illuminat. Occidit sol, quādo homo peccauit. Mundus enim (id est humana natura) in nocte mansit tenebrosa. Verū quia iustū non erat, ut Deus nihil in illo haberet, locum sibi delegit angustum & paruum uelut exiguum cubiculum ad quod se reciperet. Hoc autem populus erat Iudeorum de quo cecinit Dauid: *Notus in Iudea Deus: exterat omnes nationes in nocte tenebrosa atque tenebris dereliquit inuolutos, ut ante diximus.* Hoc est quod ait Apost. ad Lycaonenses, dum illis exponit tenebras quibus tenebantur obf-

Psal. 79.

Ab. 14. 15.

si: Qui in prateritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas.

I.

Deus pri-
us domū
Abrahę
illumina-
uit.

Elegit sibi familiam Abrahamę eiusque posteris, & hos quidem non omnes sed eos solummodo, qui rectā linę descendere ex Isaac & Iacob, quibus lucem suam communicauit: Ceteras autem nationes dimisit ut suis vacarent, fręnaque darent cupiditatibus, & sicut, qui in tenebris ambulant, in horrenda corruerūt precipitia, ut antea uidimus: Hic solummodo populus luce fruebatur amāniori. Hoc est autē illud beneficiū quod tantopere Dauid exaggerat: *ui annuntiat uerbum suum Iacob, in iustitias & in*

Ps. 147. 19.

99. 27.

& 18.

diuisa sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis. Veruose percipit Salomon benedictum illud quod Dominus populū dignatus est inter Aegyptios captiuū: Dū enim obscurioribus terra Aegypti tenebris ob-

Exod. 10.

22.

nubilabatur, sic ut palpabiles essent (*Tenebra tā densa ut palpari queant. Facta sunt tenebra horribiles in uniuersa terra Aegypti*) quibus percussis miserabiles Aegypti in mille precipitia casusque corruerant: Solummodo in angusto illo loco, in quo morabatur Israel: lux effulgebat

illique tantum illuminabantur: *ubi habitabant filij Israel lux erat.*

Id quod factum est in luce illa corporali, factum est & in spiritali. Cum enim mundus uelut Aegyptus perturbata tenebris inuolueretur caliginosis, suo tantum populo Deus suam comunicabat lucem cumque illustrabat: Vt autem Christus in mundum uenit, orbem illuminat uniuersum: *Ego sum lux mundi.* Hęc lux non terminis Iudę conclusa tenebatur; quinimo prodit seque extendit, uelut lux solis, ab oriente usque ad occidentem, complens illud Patris celestis oraculum: *Parum est ut sis mihi seruus ad suscipiendās tribus Iacob, & facies Israel conuerendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra &c.* Reges Iudę uidebunt & conuergent Principes &c. Nisi tunc hoc tibi, fili mi, exiguum est, reparatorum te esse tribuum Israel, quę in Aegypto corruerant: Ad hoc enim missus est Moyses atque ad hoc accessit Iosue, qui illos introduxit in terram promissionis heredes: Et hoc similiter Dauidi commendatum est vnicę eorū gubernatori ad hoc a Deo electo: *Pascere Iacob seruum suum & Israel hereditatem suam.* Totum oportet te mundum a casu in quo totum genus humanum detinetur, erigere. Opus quippe proprium hoc est diuine omnipotentię nec non spargere oportet te lucem nedum per solam Iudęam. Sed per orbem uniuersum. *Usque ad extremum terra.* Quatenus Reges ac Principes, qui cum populo suo cęca illa idololatrię nocte opprimuntur ex hoc tandem misero resurgant infortunio, ac cognoscant te, teque adorent: *Reges uidebunt & conuergent Principes & adorabunt &c.*

Isa. 46. 6

11.

Implerit

Isa. 42. 7

Ps. 77. 31

Tit 2. 11

Malas.

10.

usque

ut sis mihi seruus

ad suscipiendās tribus Iacob, & facies Israel con-

uerendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis

salus mea usque ad extremum terra &c.

Reges Iudę uidebunt & conuergent Principes &c.

Nisi tunc hoc tibi, fili mi, exiguum est, reparatorum te

esse tribuum Israel, quę in Aegypto corruerant:

Ad hoc enim missus est Moyses atque ad hoc

accessit Iosue, qui illos introduxit in terram

promissionis heredes: Et hoc similiter Dauidi

commendatum est vnicę eorū gubernatori ad hoc

a Deo electo: Pascere Iacob seruum suum

& Israel hereditatem suam.

Totum oportet te mundum a casu in quo totum genus humanum

detinetur, erigere. Opus quippe proprium hoc

est diuine omnipotentię nec non spargere

oportet te lucem nedum per solam Iudęam.

Sed per orbem uniuersum. Usque ad extre-

um terra.

Quatenus Reges ac Principes, qui cum populo suo

cęca illa idololatrię nocte opprimuntur ex hoc

tandem misero resurgant infortunio, ac cognoscant

te, teque adorent: Reges uidebunt & conuergent

Principes & adorabunt &c.

Habes hic (inquit D. Chryf.) id quod per Prophetam Sophon, prælixerat & paulo ante tetigimus: *Illucescit Dominus super omnes gentes Sophon.*

&c. Et adorabunt eum uniusquisque de loco suo. 2. 11.

Quādo completum est illud? Quādo Dominus noster Christus uenit in mundū: Hoc enim est (inquit quod Apost. eius delatāuit Paulus:)

Apparuit sine illi cęci gratia Saluatoris nostri Dei

omnibus hominibus. Confert prophetiā Euang.

Id quod Propheta spondet futurum: Illucescit

Dominus super omnes gentes illud tibi ostendit

impletū Apostolus Euag. Illuxit gratia &c. ho-

minibus. Per totū terrarū orbem quę quauerunt

sua diffundit lucē. Audi (monet idem) qualiter

illud per alterum explanet Propheta Accipiam

facies uestras, dicit Dominus. Quoniā ab oī tu solu

usque

III. Similitudo & Malachia.

usque ad occiduum nominis mei glorificatus est inter gentes. Et in omni loco sacrificium offertur nomini meo. Perpende cum dicit Chryl. Quod omni Deus se receperat ad Iudeos. Illis solummodo colebatur, idque in tam angusto loco, ut illi tantum in templo liceret offerre sacrificia nempe Hierosolymis: Ibi tantummodo erat candelabrum lucis, ibi eius altaria, ibi eius sacrificia: Nunc autem audis illi nobis asserentem Ego sum lux mundi. Etenim lucem suam per totam diffudit terram, ubilibet adoratur, ubilibet cognoscitur, & in omni loco mundum sanctum que illi offertur altaris sacrificium: Ubilibet sua habet altaria, sua que templa, non opus est proficisci in Hierusalem: In omni loco offertur nomini meo oblatio munda: sic ait per Vatem Malachiam: Unusquisque adorat de loco suo, sic per Sophoniam loquitur. In omnibus mundi pronuncius, & in qualibet provincia in omnibus locis: Et in qualibet loco in multis Ecclesiis ac Parochiis; unusquisque in sua: Unusquisque de loco suo. In qualibet Ecclesia in multis altaribus, & in quolibet altari sepius. Videte enim amplius se lux illa possit extendere. Perpende ex D. Chryl. quam eleganter hoc dicat Prohesa dum ait: Ab ortu solis usque ad occasum. Non satis illi erat dicere in omni loco: Sed ab ortu solis usque ad occasum. demonstrans quomodo quanti in terra sol aspiciat, tantumdem Evangelium esset occupaturum

Malach. 1. 11.

12.

Consideres velim quam illud existit diuinus ille sol impleverit, quando Apostolis suis iniunxit, qui radij erant, in quibus & per quos lucem suam communicabat. Euntes in mundum uniuersum predicato Evangelium omni creature. Per hoc mundum intueri illuminatum: Reges etenim ac Principes omnes exurgunt audientes ac honorantes nomen Christi quem & agnoscunt & adorant: Reges uidebunt & consurgent Principes &c. In mentem tibi ueniat (monet D. Aug.) hoc ipsum a Davide predictum: Consistentur tibi Domine, omnes Reges terra quia audierunt omnia uerba ora tui. Aurem praeauerunt, o Domine, facilem uerbis tuis Principes & omnes terrae Reges, ad omnium oculos lux illa tua penetrabit, cunctique te ut Deum agnoscent.

Marc. 16. 15.

In psal. 137. 4.

Psal. 137. 4.

IV. Allegoria de uellere Gedeonis.

Recordare cum eodem D. August. singularis illius stratagematis quo Deus uisus est sub duce Gedee: Expandebatur enim in area spatiosa uelut ora maris, uellus, & ecce prima nocte ros in illud cecidit caelestis totumque madefecit, area uero ab omni manit rore in secunda: Ceterum paulo post super eam cecidit caelestis ros, ita ut omnino rore compluta madefecet: Ne credideris haec a Deo patrata, quae referre videntur iocos, sine preclaris mysteriis atque eximiiis sacramentis; uoluit autem per hoc, id quod modo disputamus exponere. Erat iudaea uelut uellus in huius mundi area expansum cui tantum supercecidit ros. In iudaea tantum doctrina erat, lex, Prophetarum, sacrificia, dona, Sancti: Mundus autem totus exaruerat. Modo transit illa nox, cadat ros & per totum se diffundat mundum & lux, doctrina, sacramenta, Christi que uiuifica uirtus ut veri solis, per omnem se terram longè lateque diffundat: In mundum uniuersum tota aqua, totus ros, tota doctrina abscondita erat in uellere in iudaeorum populo: Ideoque non omnes Reges terra audierunt. At uenit tempus quando reuelatur pluuia in area manifestata est non operta, expressum est uellus, exiit pluuia. Egredis est sol, eiusque cognitio ad omnes peruenit arcumque per totum mundum radij Euangelij se latius extendent: Ideo dicitur Consistentur tibi Domine omnes Reges terra: quia audierunt omnia uerba oris tui. Plaudite manibus: Mundum uides illuminatum: Ego sum lux mundi

terum paulo post super eam cecidit caelestis ros, ita ut omnino rore compluta madefecet: Ne credideris haec a Deo patrata, quae referre videntur iocos, sine preclaris mysteriis atque eximiiis sacramentis; uoluit autem per hoc, id quod modo disputamus exponere. Erat iudaea uelut uellus in huius mundi area expansum cui tantum supercecidit ros. In iudaea tantum doctrina erat, lex, Prophetarum, sacrificia, dona, Sancti: Mundus autem totus exaruerat. Modo transit illa nox, cadat ros & per totum se diffundat mundum & lux, doctrina, sacramenta, Christi que uiuifica uirtus ut veri solis, per omnem se terram longè lateque diffundat: In mundum uniuersum tota aqua, totus ros, tota doctrina abscondita erat in uellere in iudaeorum populo: Ideoque non omnes Reges terra audierunt. At uenit tempus quando reuelatur pluuia in area manifestata est non operta, expressum est uellus, exiit pluuia. Egredis est sol, eiusque cognitio ad omnes peruenit arcumque per totum mundum radij Euangelij se latius extendent: Ideo dicitur Consistentur tibi Domine omnes Reges terra: quia audierunt omnia uerba oris tui. Plaudite manibus: Mundum uides illuminatum: Ego sum lux mundi

D. Ave. Tom. 8.

v.

Allegoria sequitur. Citat illud, praecipitque faciendam arcam, de candelabro Cherubinos, mensam panum labro au-

reco.

1. 2. 9. 102. ars. 4. ad 6.

Plena sunt haec omnia mysteriis, quae subtiliter exponit Theologiae sol D. Tho. Candelabro soli inhaeremus. Non uult Deas nec expedit quidem, ut tabernaculum eius obscurum sit & tenebrosum, utque ministri in illo seruientes sine luce, & caligine offusi progrediantur. Quocirca, Moysi praecipit ut candelabrum efformet ex auro purissimo cum suo hastili, siue que disponat ut septem effingat lampades opere affabre expolito, quae ordine super candelabrum exponantur, sintque illae quae luce sua collustrent tabernaculum: Facies quoque lucernas septem & ponet eas super candelabrum, ut luceant. Dicit quae haec tua est dispositio? Praecipis efformari candelabrum sed nec uis ut illud ipsum ex se lucem emittat sed per lucernas illi superpositas? An aliquod hic latec mysterium? Vtique & quidem eximium Candelabrum hoc Christum praeferebat redemptorem ex auro mundissimum! Est etenim uerus Deus; nam aurum uerè symbolum est diuinitatis, ut notat D. Cyrillus ipse est qui cunctos in Dei scientia illuminat, cuiusque instruit

instruit mysterijs, ve dicendum: Antiquitas autem non per semipsum illuminabat, sed per lucernas, id est, per Patriarchas, Prophetas, ac Doctores, quos in populo illo proposuerat. Atque fuisse septem; Numerus est hic in sacra pagina frequens quo multitudo designatur vniuersalis (teste D. Greg.) ut totum comprehendat tempus quod septem hebdomada diebus voluitur. Sicut etiam precepit, ut septem columnas elaboraret ad domus lux fulcimentum, quo multitudinem designant Doctores, quos in Ecclesia sua itauit, quorum auxilio, ne corruat, illam sustentat. Lucebant illæ lucernæ huic innixæ candelabro; etenim omnis earum lux ab illa dimanabat, quam illis Dei filius qui fons est lucis communicabat, & quia ille ipse erat, in quo quidquid dicebant, & docebant, fundabatur: Etenim nihil aliud præter eius diuinæ mysteria atque sacramenta resonabant, præstabant, docebant: *Hinc omnes Propheta testimonium perhibent.* Congruenter ut lucernæ depinguntur; Etenim lux lucernæ non est toti mundo generalis, nec toti Civitati, sed tantum vni cubiculo vel alicuius domus atrio singulari: Talis erat Prophetarum & prædicatorum lux auri quorum: tantum enim domum illustrabant Abraham, & hanc non totam, sed tantum posteros ac nepotes Isaac & Iacob: intra hos parietes lucebant, quæ circa illud taorum cubiculum illuminabatur: reliquum autem mundi caligine obductum obscurum erat. Nunc autem ipsum illuminat candelabrum, & ait *Ego sum lux mundi.* Illi lucernæ erant, & luce tangebant adeo limitata, ut terminos non præterirent Iudææ: Ego autem, cui sic Pater ex-

& ligtam, ipsam Patri Baptista soluit, ut Deo pro recepto hoc beneficio gratias ageret, composuit autem cecinitque illud canticum: *Benedictus Dominus Deus Israel. Quid fecit? Locutus est per os sanctorum, quæ sæculo sunt Prophetarum eius.* *Admiranda ita docuit, & locutus est per os Prophetarum ab exordio sæculi.* Perpende verbum illud *per os Prophetarum.* Plures fuerunt Propheta, sed non nisi vnum os habebant: quia eodem omnes locuti sunt idem mente, vnam eandemque veritatem in ordine ad Christum, ut ait as di e nus, Considera lucernas omnes vni inhærentes candelabro, Magnum sanæ fuit hoc beneficium: Veritas dico sit ille benedictus qui lux est per essentiam, ipse quod modo ex sua misericordia venit ipse factus sol, lucem dispersurus: *Per viscera misericordie Dei nostri in quibus visitauit nos orans ex alto.* Nomen hoc *Orans* non est participium sed nomen quod orientem significat, nomen quo Deus Vati Zachariæ notanter præsignauit Christum fore appellandum: *Adducam seruum meum Orientem. Ecce vir Oriens nomen eius.* Appositi hæc loca considerant D. Greg. a. Item D. Thom. b. Et idem plane est quod sol qui in oriente apparet quando primum elucescit, mundum illuminaturus vultu suum.

Gratiæ referantur infinita pro tali dono, quod nobis apparuit oriens vel sol in oriente: Sicut enim dum sol hic corporalis exoritur cunctas procul abigit terra tenebras sic diuinus ille sol apparet nobis ut illas exterminet: quæ totam quaquaversum naturam occupant humanam: *Illuminare hi qui in tenebris & in umbra mortis sedent.* Optimo iure tanti memor fauor: Deo reddidit gratias, ut instruat nos quam stricte teneamur & nos, perpetuas & immensas in tam ineffabilis beneficii gratitudinem actiones referre gratiarum: Estimabat autem Deus tanta gratitudine dignum esse beneficium, quo populo suo ad ortum solis manna concessit, ut voluerit ante solis ortum omnes de strato surgerent, atque expectarent primum lucis radium cum multa gratiarum actione, adoraturi eumque honoraturi, qui tanto illo beneficio cumulabat: *Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam & adorare eum lucem se adorare.* Hæc verba sumptit Angelicus Doctor pro fundamento ut nostram nobis ostenderet obligationem maiores illi referendi gratias, sole hoc in mundo exoriente:

Ad. 10. 43.

Isai. 49. 6.

¶ 13.

VI.

Christus

illumina-

orbem.

VII.
Vocatur
Christus
vir O-
rient.
Zach. 6.
Zach. 6.
12.
a Lib. 10.
Mora ca.
20. & 21.
b 1. 2. 4.
84. ar. 3.
ad 3.

Sap. 16.
28.

cum lux eius infinitis magis conducatur ad eliminandas de mundo tenebras. Quantas & quam perpetuas illi gratias, referre oportet illaque temper verba ore proferre senioris Tobias: *Benedico te Deus celi quoniam illuminasti mi & ecce video.* Sed hec alia.

§. 6. Tertio declarat hoc nomen, qua ratione Christus quodlibet in se bonum contineat, & ad quodlibet concurrat.

E Gosumi mundi. Dum se Dominus solē appellat mundum, tertium vobis exponit: scilicet quod ipse sit, qui operatur, producit, ac facit quicquid in illo boni patitur. Sol ut notant Philosophi & aduertit D. Dion. Duo complectitur. Primum, quod in se omnes continet perfectiones, quas ea omnia habet quæ in mundo videntur habere essentia. Secundum, quod ipse sit, qui eas producit & per quod omnia habent essentiam. Aurum, argentum, metallum, gemmas, margaritas, smaragdi, fructus arbores, animalia, auct: Ita ut non sit in mundo potentia ad producendum vel minimum herbulam, nisi virtute sua interveniente. Idcirco credunt D. Hieron. & Abbas Rupertus illum à Spiritu S. animi vocari sui primogenitum mundi, non ait: *Lustrans universa per circuitum pergit spiritus & in circuitibus suis rovertatur*, ut enim est anima eorum omnium principium, quæ in se sunt & illa hæc omnia producit in cunctis corporis sui partibus, videt in oculis, audit in auribus, olfacit in naribus, gustat in lingua, ambulat in pedibus, operatur in manibus, imaginatur in cerebro: sic & sol ille in terra venis producit metalla, in conchis margaritas, in aquis pisces, aquas in aere, arbores in terra, fructus in arboribus, nec quidquam producit, ad quod virtutis eius non concurrat influxus. Idcirco cecinit Rex & Vates: *Non est quis se abscondas à calore eius.* Hoc opinor indicant Philosophi quos refert D. Aug. & eius Scholiaster, Dixerunt enim modum esse quid animatum, cuius anima sol esset. Eo sensu intelligit D. Hier. hoc quod Poetarum primitivus cecinit Virgil.

*Spiritus intus alit totamque insula per artus
Mens agitat mole, & magno se corpore miscet.*
Ex hoc secundo primam sequitur quod diximus, quod omnes sol hic creature omnium in se contineat perfectiones: si namque illas det & auferet, & illas oportet ut habeat: *Nemo enim*

Hieron. Bapt. de Lanuza Tom. III.

nim dat, quod non habet. Habet illas in se vultas in esse longè eminentiori, quàm illud, quod creatura in seipsis habet: prout dicunt philosophi, sicut in causa æquiuoca & superiori, hoc est sine illis imperfectionibus, quas illæ in seipsis habent: non enim grauat sicut metalla, non moritur sicut viuentia, non putrescit sicut fructus, non corrumpitur sicut animalia, non arefcit sicut plantæ, non succescit sicut flores, non alteratur sicut elementa, non inueterascit cum tempore, sicut alia subiecta tempori: in vno semper est constans esse, cuius nec vigor imminuitur, nec qualitates alterantur, nec virtus vel in

Hoc dato, perpende quod Christus Dominus III. voluerit se solem mundi cognominare: ut de illo hac duo intelligamus. Primum: quod omnium in se complectatur perfectiones. Secundum: quod ipse sit, qui illas producit & per illum esse habent omnia, quæcumque esse patiuntur. Habet hic (ex mente D. Aug. st.) qualiter D. Ioan. exponat id quod pro fundamento statuit sui Evangelij, nec non duo illa quæ de Verbo portuli æterno: *Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso vita erat.* Primum: verba illa vniuersa. *Quod factum in ipso vita erat.* Quasi dicat quicquid factum est & esse habet, & omnium eorum perfectiones quæ sunt in ipso continentur sed modo eminentissimo: quia hoc quod in se est corruptibile, deficiens & mille partium imperfectionibus, est in illo modo eminentiori abique villo imperfectionis genere: quia quicquid in ipso est, vita est. In ipso sunt Angeli, cæli, sydera, elementa, viuentia, mineralia, aurum, argentum, gemma, lapides pretiosi, animalia, & quæcumque tandem esse habent. Omnia hæc suas habent perfectiones particulares, vnumquodque suas, verumtamen nullum eas adeo puras, ut suas non patiatur imperfectiones. Angeli in esse suo limites notant & in intelligendo ac volendo mutationes: cæli corpora sunt diuisibilia, elementa corrumpuntur & alterantur, viuentia moriuntur, lapides pretiosi dissoluntur &c. Nec vlla est creatura quæ eo ipso quod est, non aliquem patiatur defectum. Omnia hæc in se concludit modo eminentissimo qui est, demptis omnibus imperfectionibus in vna diuina vitæ essentia: *Quod factum est in ipso vita erat.* Quæ vita? Vna quæ lux est, & vita est lux.

R r r Hinc